Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26870
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mulata delicta. ut ad superiora peccata eius etiam fallacie & circumuentionis cri
mina accederet. Neque enim tam culpandus est cui negligenti obreptum est. quam hic exe
crandus. qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominum basilides po
tuit deo non potest. cum scriptum sit. Deus non deridet. Si nec martiali potest prosun
se fallacia. quomodo ipse quoque delictis grauibus inuolutus. epatum tenere non de
beat. quando et apostolus monetat et dicit. Episcopum oportet esse sine crimine. Quasi
di dispensatorem. Quapropter si quid scripsistis fratres dilectissimi. ut & felix et sabi
nus collegae nostri asseuerant. ut que alius felix de cesaraugusta fidei cultor
ac defensor ueritatis litteris suis significat. basilides et martialis nefando
idolatrie libello contaminatis. Basilides insuper adhoc propter libelli maculam
cum infirmitate decumberet in domino blasphemauerit. et se blasphemasse confessus
sit. et epatum pro conscientie suae uulnere sponte deponens. ad agendam
penitentiam consulsus sit. et dominum deprecans et satis gratulans. si sibi ut laico
communicare contingeret. martialis uero propter gentilium turpia. et luculenta
conuiuia in collegio diu frequentata. et illos in eodem collegio exterarum gen
tium more apud profana sepulchra depositos. et alienigenis consepultos. actis
etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperasse se idolo
latrie. et xpm negasse contestatus sit. Cumque alia multa sunt et grauia de
licta. quibus basilides et martialis implicati tenentur. frustra tales epatum
sibi usurpare conantur. cum manifestus sit eius modi homines nec
ecclie xpi posse esse. nec deo sacrificia offerre debere. maxime cum
iam pridem nobiscum et cum omnibus omnino episcoporum toto mundo constitutis.
etiam cornelius collega noster sacerdos pacificus. ac iustus. et martyrio
quoque dignatione domini honoratus decreuerit. eiusmodi hominem
ad penitentiam quidem agendam posse admitti. abordinatione autem
cleri. atque sacerdotali honore prohiberi. Nec uos mouent fratres dilectis
simi. si apud quosdam inouissimus temporibus. aut lubrica fides nutat. aut
dei timor irreligiosus uacillat. aut pacifica concordia non perseuerat. Prenuntiata sunt hec futura in fine seculi. et dominum uoce et apostolorum contestatione prae
dictum est. deficiente mundo. atque appropinquante antichristo bona
quoque deficere. mala uero et aduersa proficere. Non sic tamen quamuis in no
uissimis temporibus ecclesia dei. aut euangelicus uigor cecidit. aut xpiani
ne uirtutis fideique robur elanguerit. ut non supersit portio sacerdotum quae
minime ad has rerum ruinas. et fidei naufragia succumbat. sed fortis et sta
bilis honore diuinae maiestatis et sacerdotalem dignitatem plena timo
ris obseruatione tuetur. Meminimus et tenemus succumbentibus luca
et cedentibus ceteris. mathathiam lege dei uindicasse fortiter. et eliam in
deus deficientibus atque a religione diuina recedentibus stetisse &